

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

ix. Quid circa pulsationem campanarum tempore interdicti liceat, & quid
ei, cui aditus in Ecclesiam interdicitur prohibitum sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- num. 12. §. undecimo. Nauar. in Manual. ca. 27. num. 176.
 Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 5. Vgol.
 Tab. 5. capit. 9. §. 4. & cap. 11. §. 1. num. 14. Quamuis enim
 ibi sepultus sit contra praeceptum Ecclesie, multa tamen
 fieri prohibentur, quia facta tenent, & maximè, quia cef-
 fante interdicto cessare debet, & prohibito. argum. capit.
 cum cessante, de appellat. & ita praxis obseruat, ut Henri-
 quez vbi supra notauit.
13. *Dubium undecimum est.* An tempore interdicti licitum
 sit Clericis accipere mortuaria, sive funeralia & alias obla-
 tiones etiam ab interdictis defunctis, & pro illis orare?
 Respondet, si moriatur cum signis penitentiae posse. Sic
 Calderini tract. de Eccles. interd. memb. 6. par. 2. Innoc. in
 cap. Tanta de excessi. prælat. Paluda. 4. d. 18. q. 8. in artic. 4.
 principali, §. Quantum ad sextum decimum. S. Anton. 3.
 par. tit. 27. de interd. ca. 4. ultra medium. Angelica, verbo
 interdictum 6. numer. 37. Tabiena, verbo interdictum 5. §. 8.
 numer. 12. §. undecimo. Syluest. verbo interdictum 5. §. 8.
 vers. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 174. Henriquez li-
 13. de excom. & interd. cap. 44. §. 5. Vgol. Tab. 5. cap.
 15. §. 4. nom. 2. & citant pro hoc cap. Quicunque intra, 11.
 qu. 2. At vero si penitentes non sint, nec pro eis orandum
 est meorum in mortuaria recipienda sunt, arg. ca. fin. dist.
 88. ex Paluda. Anton. & Syluest. cit. ceterum Ioann. Andre.
 in Clem. i. de sepult. non ita simpliciter hoc concedere au-
 det, sed distinctione opus esse affirmat: Autem, inquit,
 Clerici isti accipiunt tempore interdicti pro sepulturam
 facto præstata contra interdictum, & sic illicite accipiunt,
 quia præsumuntur particeps delicti; immo etiæ non ipsi
 Clerici, sed alij contra voluntatem eorum sepelirent in lo-
 cosacri contra interdictum, adhuc Clerici ista recipere
 non possunt, quia participare videtur in crimine; sin ve-
 rò mortui sepeliantur extra Ecclesiam, non violaretur in-
 terdictum, & sic Clerici mortuaria licet accipere possunt.
 Et quamvis hæc Io. Andr. opinio in foro iudiciali locum
 habere possit, in quo statut præsumptionibus; in foro ta-
 men conscientia, vbi cessat omnis præsumptio, locum non
 habebit. Unde dicendum est, si quis tempore interdicti re-
 clamantibus verò Clericis in Ecclesia sepeliantur, poterunt
 Clerici absque ullo scrupulo mortuaria accipere; Quia ex
 aliorum delicto non debent Clerici deterioris conditionis
 fieri, cessante ex parte ipsorum omni dolo, & fraude.

Quid circa pulsationem Campanarum tempore interdicti liceat, & quid ei, cui aditus in Ecclesiam interdictitur, prohibi- tum sit. Cap. IX.

S V M M A R I V M .

1. Campana ad horas Canonicas dicendas, vel ad Missarum
 celebrationem interdicti tempore pulsari non possunt.
 2. Campana Clericorum ad horas Canonicas notificandas,
 quamvis deinceps officia diuina non recitentur, pulsari
 nequeant, secus autem de laicorum campanis dicendum
 est.
 3. Campanarum loco, alijs instrumentis, vt in triduo pasche
 sit, interdicti tempore pulsare non licet.
 4. Campana pro sepultura Clericorum quando pulsari pote-
 tuni tempore interdicti.
 5. Campana ad salutationem Angelicam ter in die tempo-
 re interdicti pulsari possunt.
 6. Campana pulsatio ad salutationem Angelicam unde de-
 semptia, & quinam huic institutores fuerint.
 7. Campana in aduentu Prelati, aut Principis, non obstante
 interdicto pulsari possunt.
 8. Campana pro reliquiarum ostensione tempore interdicti
1. Campanæ tempore interdicti ad concionem, seu predica-
 tionem pulsari possunt.
 10. Campanæ pro literarum Apostolicarum, aut aliarum pa-
 blicarum scripturarum ostensione interdicti tempore
 pulsari poterunt.
 11. Campanæ pro gestatione Sacramenti Eucharistie ad infir-
 mos interdicti tempore pulsari possunt.
 12. Campanæ ad festi solennitatem populo significandam, non
 obstante interdicto, pulsari valent.
 13. Campanæ pro quacunque alia re, quæ ad officium diuinum
 sepulturam, & similia noui pertinet, interdicti tempore
 pulsari possunt.
 14. Campanæ pro omnibus officiis diuinis, non obstante inter-
 dicto, in festiuitatibus commemoratis in c. Alma ma-
 ter pulsari possunt.
 15. Ingressus in Ecclesiam cui probitus est, in Eccle-
 siam, quando diuina officia non celebrantur, ingredi po-
 test.
 16. Excommunicatus quare Ecclesiam ingredi non prohibe-
 tur.
 17. Interdictus ne Ecclesiam ingrediatur, non solum in Eccle-
 siam interdictam consecratam, sed etiam in non conse-
 cratam, tempore, quo celebantur officia diuinæ, ingre-
 di prohibetur.
 18. Interdictus ne Ecclesiam ingrediatur, in Ecclesia diuina
 facere nequit, in festis concessis in cap. Alma mater.
 19. Interdictus cui est ingressus in Ecclesiam, Sacra menta in
 ecclesia ministrare nequit.
 20. Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, alteri diuina fa-
 cienti in ecclesia, neque ut clericus, neque ut laicus in-
 seruire potest.
 21. Interdictus cui est, ingressus ecclesiæ, nec Sacra menta su-
 mere, nec orationes priuatas ibi, tempore diuinorum fa-
 cere potest.
 22. Episcopus interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, Missam
 extra ecclesiæ celebrare potest.
 23. Interdictum de non ingrediendo ecclesiæ, non ecclesiæ, sed
 persona imbarare censetur.
 24. Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, si durante interdi-
 ctio moriatur, nisi penitent, neque in ecclesia, neque in
 cæmetorio sepeliri potest, & quæ huius ratio sit.
 25. Interdictum de non ingrediendo ecclesiæ, in articulo mor-
 tis, per quemcunque Sacerdotem, sive generalem, sive per-
 sonale fuerit, relaxari potest.
 26. Interdictus ne in ecclesiam ingrediatur, bonorum, quæ ab
 ecclesiæ publicè, aut priuatum sicut, particeps est, &
 quænam huius sit ratio.
 27. Indulgenterianum, & quando capax est is, cui ingressus
 in ecclesiam est probitus.
 28. Indulgenteria illis tantum profunt, qui illud faciunt, pro
 quo indulgentia conceduntur.
- Q**uod pulsationem campanarum hæc communiter
 ab auctoribus traduntur.
- Primo enim certum est, non posse pulsari campanas ad
 horas Canonicas dicendas, aut ad Missarum solemnia ce-
 lebranda, etiam si clausis ianuis, & voce submissa hoīæ re-
 citentur, & Missa celebretur, vt colligitur ex cap. Alma ma-
 ter, §. adiutorius, de sent. excom. lib. 6. & DD. ibi. Calderini.
 de Eccles. interd. par. 1. §. sed nunquid. S. Anton. 3. par. tit.
 27. de interd. cap. 4. prope finem. Panorm. in c. Quid in te,
 num. 4. de penit. & remiss. Ioan. And. Dominic. Ancharen.
 num. 6. Franc. in d. ca. Alma mater. Angelica, verbo inter-
 dictum 5. nu. 7. §. Sexto. Syluest. verbo interdictum 5. q. 5.
 vers. primam, & Sextam. Tabiena, verbo interdictum 6.
 num. 5. §. Quarto, Gonfalo. Villadiego, de irreg. cap. 2. de
 interdicto. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 177. Couar. in
 cap.

cap. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. vers. Decimo tertia, de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 46. §. 1. Vgol. de censur. Eccles. Tab. 5. c. 8. §. 2. Id quod procedit primo, siue intra Ecclesiam sint siue extra eam, longeque ab Ecclesia remota sint, alioquin fraud fieret contra cap. Quanto, de priuilegiis, & c. cum quid una via, de regul. iur. lib. 6. Ratio est, quia eorum pulsatio non ideo prohibita est, quod in Ecclesia sint, sed ne ipse ad officia diuina pulsentur, & ideo siue intra Ecclesiam sint, siue extra, ad officia diuina notificanda pulsari prohibentur. Secundo, eadem ratione nec parua campanula pulsari debet, qua conuocari solent Clerici ad horas dicendas. Tertio neque licet Sacrifice cum signo campanula conuocare hunc aut illum Sacerdotem ad Missam celebrandam, tum, quia prohibitum est pulsari campanas, c. Quod in te, de penit. & remiss. tum quia fieri potest, ut a vicinis audiantur. Sic Calderin. & ali; vbi supra. Quartuero procedit etiam in pulsatione campanae tempore elevationis Eucharistiae, neque enim tempore interdicti pulsari potest campana in signum elevationis SS. Corporis Christi in Missa, ex Couar. Vgolino, & aliis vbi supra.

2. Secundo, pulsari non possunt campana Clericorum, & Ecclesiastum pro singulis horis Canonis, ut pro Tertia, Sexta, Nona, & huiusmodi notificatis, quamuis deinceps officia diuina tunc non recinentur, quia presumereatur factum in fraudem ad horas recitandas, & homines inde scandalum patuerint, ex Calderin. vbi supradicta Calderini, in cap. Alma mater, nu. 6. de sent. excommun. lib. 6. Vgolino. cit. Duxi, *Campapas Clericorum*, quia campanae laicorum etiam ad horas istas notificandas pulsari possunt, ex S. Anton. & Tabiena locis proximis allatis; Immo vero si laici Clericorum campanas pulsarent, sine consensu eorum ad istas horas notificandas, excusarentur Clerici cessante fraude & dolo, ut notans Iohannes de Deo, relatus ab Angelo verbo interdictum 5. num. 7. quem ipse sequitur, & Sylvestro verbo interdictum 5. num. 7. qu. 5. vers. Sextum, vbi addit contra Calderini, etiam Clericos possit pulsare suas campanas ad horas notificandas, quod dictum ut verum sit, intelligi debet, cessante omni dolo & fraude, ad communem populi utilitatem, qui in suis exercitiis regitur pulsu istarum campanarum, ut experientia testatur; Quare sane opinio Sylvestri mihi in foro conscientiae videtur probabilior, cum sententia Calderini in presumptione fundatur, & cum Sylvestro contentiunt. Nau. in Man. c. 27. num. 177. vers. Duodecimo, in illis verbis *aut notificandum horas* Couar. vbi supra, & Vgo. Tab. 5. c. 8. §. 2. & significat Henriquez lib. 13. de excom. & interd. cap. 46. §. 1. in fine.

3. Dubium tamen est, An alijs instrumentis loco campanarum pulsare licet, ut fit triduo ante Pascha? Henriquez vbi supra, videtur affirmare hoc esse licitum, dum velit strepitum lignei instrumenti, vel tubae euocari posse ad officia. Rechtius tamen docet Vgol. cit. id non licere, dummodo per ea tunc diuina facienda esse significetur laicus. Ratio est, quia censentur loco campanarum, subrogatum autem sensus naturam sumit, in cuius locum subrogatur, argu. 1. si eum, §. quinjuriatum, & ibi not. Ias. ac D. diff. si quis cauit. & idem docet Couar. in d. cap. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. vers. Decimo tertio, in verbo Cymbalorum, de sent. excom. li. 6. ideo autem mentio campanarum solam sit, quia haec sunt communia instrumenta, quae de more ad diuinam pulsantur, qua etiam de causa Toletus lib. 1. ca. 20. docet, nec organa pulsari posse.

4. Tertius, pulsari non possunt campanae pro sepultura Clericorum, nisi in festiuitatibus illis, de quibus infra dicetur. Sic S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. ultra medium. Angelica, verbo interdictum 6. num. 31. Tabiena, verbo interdictum 5. num. 12. §. Vnde decimo. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 44. §. 4. & colligitur ex capitulo Quod in te, de penitent. & remiss. Quod enim ibi dicitur *cum silentio*, non est intelligendum de silentio officij funeralis, quia cum conceditur quod maius est, scilicet dicere Missam, & horas submisse, etiam & officium funerale concedi censetur, ut auctores citati Anton. Angel. Tabiena. Henriquez, & ali notarunt, sed de silentio campanarum.

5. Quarto, pulsari possunt campanae omnes ter in die ad salutationem Angelicam, cuius meminit glossa in verbo Zabazala, in Clemen. 1. de iudaicis. ita Calderin. vbi supra num. 97. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. ante finem Angelica, verbo interdictum 5. numero 7. Sylvestro, verbo interdictum 5. quae est quinta, vers. Sextum. Tabiena, verbo interdictum 6. num. 5. §. Quarto. Nau. in Man. cap. 17. num. 177. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 46. §. 1. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. vers. Decimo tertio, qui alios refert, de sent. excommun. lib. 6. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 20. Ratio est, quia salutatio illa gloriose Virginis, nec officium diuinum est, nec officio diuinum, aut ordini annexa. Vbi obiter aduertendum est ex Henriquez lib. 13. cap. 12. §. 4. hunc modum pulsandi ter ad priorem Angelicam, sumi ex Psal. 54. *Vespere mane, & meridie narrabo*. Theodoricus autem Archiepiscopus Coloniensis censetur esse prius, qui instituit, ut mane recitaretur; Et Gagninus in vita Ludouici XII. Regis Galliae refert, quod hic Rex instituit, recitati in metris, quod confirmavit Calixtus Papa III. vi refert Platina in vita eius. Et Ioannes Papa XXI. qui vocari solet XXII. instituit dici vespere in memoriam incarnationis. Refert autem Christophorus Veruccinus Capucinus, in Compendio suarum Meditationum, in fine meditationis decima septima, quae est de incarnatione Christi, Patres Capucinos ex institutione S. Bonaventura, bis in die, videlicet, vespere, & mane, ad salutationem Angelicam campanas pulsare; vespere quidem in memoriam salutationis Angelicarum, quandoquidem creditur B. Virginem tunc tempore ab Angelo salutatam fuisse; Mane autem, eo quod circulus tempus a B. Virginem recessisse Angelus Gabriel creditur. Huius etiam pulsationis campanarum etiam membrum faciunt Pan. seu potius Anton. De Butt. in c. 1. num. de offic. custod. inter opera ipsius Panormitani, & Sandual. de offic. Eccl. par. 2. c. 4.

7. Quinto, pulsari possunt campanae in aduentu Prelatice clericali, necnon in aduentu Principis secularis, aut eius insignis personae, ex S. Anton. Tabiena, & Henriquez locis citatis, & Sylvestro, verbo interdictum 5. q. 5. vers. Sextum.

8. Sexto, pulsari possunt campanae in aduentu Prelatice clericali, necnon in aduentu Principis secularis, aut eius insignis personae, ex S. Anton. Tabiena, & Henriquez locis citatis, & Sylvestro, verbo interdictum 5. q. 5. vers. Sextum.

9. Septimo, pulsari possunt campanae ad predicationem verbi Dei, ex S. Anton. Tabiena, Sylvestro, Nau. Henriquez cit. Couar. in d. cap. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. vers. Decimo tertio, de sent. excom. lib. 6. Ratio est, quia predicatione licita est tempore interdicti, & non est officium diuinum, ut supra diximus.

10. Octavo, pulsari possunt pro ostensione literarum Apostolicarum, vel etiam aliarum literarum publicarum, ex S. Anton. & Sebaste, vbi supra.

11. Nonno, pulsari possunt pro gestatione Sacramenti Euanchristiae ad infirmos, sic S. Anton. 3. par. tit. 17. de interd. cap. 4. circa medium. Angelica, verbo interdictum 6. numero 21. Tabiena, verbo interdictum 5. §. Septimo. Nau. in Man. cap. 17. num. 177. Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 45. §. 2.

12. Decimo, pulsari possunt pro festo, ad significandam populare festi solemnitatem, Ang. verbo interdictum 5. u. 7.

13. Undecimo, pulsari possunt pro quacunque alia re, quae non pertinet ad officium Diuinum, sepulturam, & simili, ex Angel. verbo interdictum 5. numero 7. Tabiena, verbo interdictum 6. §. Quarto. Nau. in Man. cap. 27. num. 177. Couar. in d. cap. Alma mater. cit. Henriquez lib. 13. cap. 46. §. 1.

14. Duodecimo, pulsari possunt campanae etiam pro omnibus officijs Diuinis, sepulturam, & huiusmodi in festiuitatibus illis, de quibus habetur, cap. Alma mater. Flora de his pulsatione campanarum videri possunt apud Anton. de Buttio, in d. c. 1. de offic. custodis, vbi ait campanam dico Campania, vbi primo vsus eius fuit inuenitus. Et de pulsatione campanae haec tenus.

Quidam

Quod cum verò, cui ingressus in Ecclesiam interdictus est, dictrinaduntur.

15. *Primo enim talis in Ecclesiam ingredi prohibetur, ut ip-
orum verborum propria significatio denotare videatur, &
docent Joan. Calderin. de interdicto Ecclesiastico, memb.
2. ver. Sed quæritur. Panor. in c. cum Ecclesia, numer. 5. de
immunitate Ecclesie. Paul. Fuscus lib. 2. de visit. & regim. Eccle.
c. 12. num. 7. & Vgolin. de censu. Eccles. Tab. 5. c. 16. §. 1. &
colligunt ex cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. vbi ei, cui in-
gressus Ecclesie interdictus est, per consequens interdicta
et celebratio Divinorum in Ecclesia: Vnde Panor. vbi su-
pra, argumentum in primis, & vt antecedens simplicem
adiutum ei prohibitum esse. At verò alij, vt Innoc. in ca. sa-
cro, vero ingressum, de sent. excom. & Anch. & Gemin.
in d. cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. Nauar. in Manu. cap.
27. num. 170. & Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. nu-
3. ver. poterit tamen, de sent. excom. lib. 6. & Alph. Viuald. tit. de interd.
num. 152. Vgolin. Tab. 5. cap. 16. §. 3. num. 1. Dixi, in Eccl.
q. 9. talem in Ecclesiam ingredi posse, & orare quando
domini non aguntur, existimant, ea ratione persuasi, quod
excommunicatione in Ecclesia esse possit, ex glos. in capit.
fidei, q. quæritio. 1. Quæ tamen ratio parum valeat, quia
respondei potest, vt responderet Vgolinus vbi supra, ideo
excommunicatione in gredi posse Ecclesiam, eo quod per ex-
communicationem solo consortio fidelium priuatus sit,
16. non autem communione parvum; Cui autem interdi-
ctus aditus in Ecclesiam, illi speciatum prohibetur ingressu-
sum eam. Quamvis igitur, si verborum significacionem
in suo rigore consideremus, opinio prima vera esse videa-
tur, quæ tamen rigor iuri nonnquam reperandus est,
& oda, quantum fieri potest, restringenda sunt, hanc se-
condum sententiam aquitatis magis conformem esse pu-
tum, immo accedente communione Doctorum consensi,
vt latius lib. 4. cap. 7. §. Decimus octauus modus. diximus,
hanc etiam ipsi isti magis consonam esse existimo, ita vt
iura, quæ ingressum in Ecclesiam prohibere videntur, in-
telleg debeat de ingressu publico, & tempore celebra-
tions, vro in loco exposumus. Siue igitur hoc interdictum
ab homine, siue a iure latum sit, nam de viro quo agitur
in d. cap. is cui, ex glos. ibi, in verbo interdictus, & Anch.
ib. in Ecclesiam modo exposito ingredi nequit; Quod
procedit, quoniamque sic interdictus proficisciatur, quia in-
terdictum personæ in haeret. & Ecclesia vbiique una est, li-
cet varijs in locis sita sit. ex glo. in cap. si quis presbiter, 7.
quest. 1. & Anton. de Butt. in cap. 2. num. 3. de offic. deleg.
lib. 6. It tocedit etiam in Ecclesia interdicta, cum enim hec
Ecclesia immunitatem retineat, vt notat Panorm. in capit.
penit. num. 8. de immunitate. Eccles. nec in eam sic interdi-
ctus ingredi potest; sicut neque in Ecclesia non consecra-
tum divina officia celebrantur ingredi poterit, dum
modo auctoritate Episcopi fuerit erecta, cum & haec im-
munitate Ecclesia consecrata gaudiatur, vt habeatur in cap.
pen. & ibi Panor. de immunitate. Eccles. & glos. in capit. fina.
in verbo, Non consecrata, de consecrata. Eccles. vel altar.
Calder. de Eccles. interd. memb. 2. Anch. & Gemin. in d.
c. cui.*

18. *Secondo. Talis neque in Ecclesia diuina facere potest, vt
colligunt ex d. cap. is, cui de sent. excom. lib. 6. & DD.
& Glo. in c. 2. in verbo, interdictum, de censib. lib. 6. Innoc.
in c. sacro, numer. 2. in verbo ingressum, de sent. excom. in
aut. & Panor. in c. cum dilectus, num. 20. de confusione.
Immo verò neque in f. stis illis diebus, qui habentur in c.
Alma mater, s. in festivitatibus, de sent. excom. lib. 6. dicit
facere potest; quamvis enim tunc interdictis permis-
sum sit, vt Diuinis intersint, non tamen vt Diuinam faciant
eis concessum est.*

19. *Tertio. Non potest Sacraenta in Ecclesia ministrare,
ob rat ones allatas, vt expresse docent Innoc. in d. c. sacro,
nu. 4. & Vgo. Tab. 5. c. 16. §. 2. num. 3.*

20. *Quarto. Alteri Diuina facient sic interdictos in Eccle-
sia inseruire non potest, non modo vt Clericus, sed neque
vi laicos, cum ei ingressus in Ecclesiam, vt diximus prohibi-
bitus sit, ex Philip. Franco, in d. c. is cui. Immo verò, etiam
si Sacerdos extra Ecclesiam sacra faceret, sic interdictus
in Ecclesia illi inseruire non posset, vt cautando Epistola,*

aut Euangelium, vt Subdiaconus, aut Diaconus, ob ratio-
nes allatas. Sic Calder. cit. & Anch. in d. c. is cui, numero
1. ver. ad idem, & Gemin. initio, num. 8. Sed neque si Sa-
cerdos intra Ecclesiam Missam faceret interdictus iste ex-
tra Ecclesiam seruite potest, legendo Epistolam, vel Euangeli-
um, vt auctores citati docent, & sequitur Vgol. Tab. 5.
c. 16. §. 2. num. 2. Quia huiusmodi functiones accessitiae cum
sua naturam sui principalis sequuntur, arg. c. accessiorum,
de reg. iur. lib. 6.

21. *Quinto. Sic interdictus, nec interesse Diuinis in Ecclesia,
dum ab alijs sunt, nec ibi Sacraenta recipere, nec priua-
tas orationes tempore quo celebrantur diuina in ea face-
re potest. Ratio est, quia ei in ingressus in Ecclesia prohibi-
tus est, arg. cap. is cui, de sent. excom. lib. 6. & expresse
docent Innoc. in d. cap. sacro, num. 2. de sent. excom. num.
Felin. in cap. A nobis, num. 6. de except. Couar. in d. c. Al-
ma mater, par. 2. §. 1. numer. 6. Alph. Viuald. tit. de interd.
num. 152. Vgolin. Tab. 5. cap. 16. §. 3. num. 1. Dixi, in Eccl.
q. 9. talem in Ecclesiam omnia, vi prius facere potest. &
consequenter Episcopus sic interdictus, quia privilegium
hoc habet, vi extra Ecclesiam Missam celebrare possit, vt
in cap. fina de privilegio libro 6. habetur, & idem de alijs,
qui simile prius legum habent, dicendum est, extra Eccle-
siam Missam Sacrum facere potest; immo etiam & in pri-
uatus oratorijs, vt docent Calderia. cit. Gemin. in d. cap. is,
cui, §. tina. num. 3. & Anch. ibi, & glos. ibidem, in verbo
in ea, de sent. excom. libro 6. Item in Cemeterio Ecclesie, &
hoc etiam si cemeterium illud Ecclesia i. antiquum esset,
ex glo. in d. c. is cui, in verbo Cemeterio, & it idem Franc.
in glo. in verbo, in ea. Ratio est, quia limitata causa limi-
tatum producit effectum, arg. L. in agris, ff. de acquir. ter.
22. domin. At verò hoc interdicto, solum prohibetur haec fa-
cere in Ecclesia; & quia interdictum hoc personæ inha-
ret, non autem Ecclesia: vnde extra Ecclesiam & diuina
facere, & faciunt inseruire, & diuinis interesse, & etiam
Sacraenta sic interdictus administrare potest, ex glo. in
cap. is cui, in verbo in ea. Anch. ibi, num. 1. & Gem. nu. 4.
& Franc. de sent. excom. lib. 6. Panor. in c. cum dilectus
num. 20. de confusione. Anton. de Buttio, in cap. 2. num. 3.
de offic. deleg. Nauar. in Man. cap. 27. num. 170. Couar. in
cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 3. ver. sub hac verò defi-
nitione, de sent. excom. lib. 6. quos referit, ac sequitur Vgo-
lin. Tab. 5. c. 16. §. 3. num. 2.*

23. *Sexto. sic interdictos, si durante interdicto moriatur,
neque in Ecclesia, neque in Cemeterio sepeliri potest, nisi
penituerit, vt expresse habetur in c. cui, de sent. excom.
lib. 6. & DD. ibi, vt Franc. & alijs, & Innoc. in cap. sacro, nu-
1. de sent. excom. in antiqu. Vgol. Tab. 5. c. 16. §. 4. numer. 1.
Dixi, nisi penituerit, tunc enim in loco facio sepeliri poter-
it, vt in d. cap. is cui, habetur loann. And. & Philip. Franc.
ibi, & Cou. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 3. de sent. ex-
com. lib. 6. Non tamen inter se contentant Doctores in
ratione assignanda huius dicti. Nonnulli enim vt loann.
Bernard. Diaz in præcriminali, c. 12. in fine, id licere put-
tant, quia omnis pena delicti morte finitur. Quæ tamen
ratio vt dicitur notauit Couart. cit. primum valeat, eo quod
etiam in foro seculari propter delictum nonnquam etiam
post mortem procedi solet in penit. vt quando cadaver
comburitur, aut inhumatum relinquitur, aut secatur in
partes &c. immo & in foro Ecclesiastico sepe etiam in pe-
nam delicti negatur sepulcra, vt S. Gregorius in Dia-
logis testatur se fecisse cuidam Monacho proprietatio, &
ita etiam videmus aliquando Ecclesiam facere solite, &
facit pro hac re cap. cum ad Monasterium, §. 1. de statu
Regular. & cap. Quanquam, de vñilib. 6. & latius probat
Couar. lib. 1. var. tesolu. ca. 1. num. 11. vnde hac ratione re-
iecta. Couar. vbi supra, hanc assignat: Quia vbi interdictu
hoc latum sit in cōcumaciam, nisi penituerit, Ecclesia eum
sepultura Ecclesiastica priuare censetur, vbi vero latum sit
in penam delicti commissi, & remissi non videatur esse
mens Ecclesia in penam delicti post mortem priuare se-
pultura, sed de hac mente Ecclesia non certò nobis con-
stat, cum præsentum, vi diximus, in locali interdicto Eccle-
sia etiam post mortem priuare se pultura. Hæc ergo rati-
onis probabilis assignari potest, quia etiam quando interdi-
ctum*

- Etum fertur in penam delicti, ita respicit ipsam penam, ut tamen pena subordinetur culpe: vnde, hoc ipso quod in morte dantur signa penitentiae, presumuntur cessare culpam, & consequenter etiam censetur cessare pena. Habet autem hoc potius locum in morte, quam in vita, quia in vita semper habere potest remedium absolutionis, ut autem de penitentia innotescat Ecclesia, recurrendum ad eam est pro absolutione; si vero interdictum sit latum propter contumaciam, & in morte apparuerint signa penitentiae, etiam in loco sacro sepeliri poterit; Ratio est, quia hoc ipso quod praebentur signa penitentiae cessatur a contumacia; si vero quis moritur sine penitentia, aut signis penitentiae, tunc quidem in loco sacro sepeliri non potest, vt colligatur ex d.c.i.s cui, de sent. excomm. lib. 6. Quia eo ipso quod in morte non dat signa penitentiae, presumuntur obstinatus in sua contumacia. Addit autem lo. And. in d.c.i.s cui, de sent. excom. lib. 6. hoc interdictum in articulo mortis, per quincunque Sacerdotem relaxari posse, & est communis DD. opinio; Quod idem dicendum est de omni interdicto personali, ut ex dictis manifestum est.
26. *Sepimus*, Sic interdictus honorum; quæ ab Ecclesia publicè, aut priuatim fiunt, particeps est, sic Couat. in cap. Alma, mater, par. 2. §. 1. num. 4. de sent. excom. lib. 6. & Vgol. de censur. Eccl. Tab. 5. cap. 16. §. 4. num. 2. Ratio est, quia vt diximus, huius Ecclesiæ communione non priuatur, sed solùm, ne Sacraenta sumat, Diuinis, dum fiunt, interfici, aut si Clericus sit, ne illa faciat in Ecclesia prohibetur unde pro interdictis etiam sic mortuis (dammodo penitentes fuerint) & oblationes recipere, & pro eis orare possumus, vt docet Innoc. in c. finali, de excessu prælat. & latius a nobis in fine capitulis precedentibus ostensum est.
27. *Dubium* solum est, An sic interdictus capax sit indulgentiarum? Huic Responderet Vgol. vbi supra, cum distinctione, si enim speciatim interdictus sit ob cogumaciam, a qua non discessit, sic capax est non potest; si vero ob penam interdictum latum sit, si ea facere possit, que forma indulgentiarum requirit; sic eas consequi valer, alias non potest vnde, si ad indulgentiam consequendam requirantur peccatorum confessio, & Eucharistia suscepit, tunc quia hic in Ecclesiam ingredi nequit, nec Sacraenta sumere valer, indulgentias lucrari nequit; quandoquidem ut com muniter traducat DD. quos sequitur Felic. in Serm. de indulgentia plenaria, num. 1. indulgentiae illis tantum profundunt, qui faciunt illud, pro quo indulgentiae conceduntur. Et de his haec tenus.
28. *De Subiecto, ac Ministro interdicti.*
Cap. X.
S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Interdicere potest quicunque excommunicare, & suspendere valet, & econverso.
2. Interdicti passiuè aliqui duobus modis potest.
3. Interdicti non omnis homo, sed solus Christianus potest.
4. Interdicti Christianus omnis, etiam innocens valet.
5. Interdicti a iure, vel ab homine Papa nequit, & quare.
6. Amentes a nativitate, & pueri usum rationis non habentes, sub interdicto generali personali non comprehenduntur, & que vera buius rei ratio sit.
7. Interdicti possunt non solum personæ singulares, sed etiam universitates, Collegia, & Capitula.
8. Priuilegium a Papa habens, ne interdicti, aut excommunicari possit, a sententijs excommunicationis, aut interdicti Ordinarij sui non eximitur, nisi Rex sit, vel Regina, vel Regum filius, aut Religiosus ex eo ordine, & loco, cui priuilegium hoc concessum est.
9. Conuentus, & loca pia per Sedem Apostolicam a iurisdictione Ordinariorum exempta, sub interdictis Ordinariorum non continentur.

10. Interdicti directè, aut indirectè quidnam sit.
11. Ordinarij locorum, quibusnam in casibus per Concilium Tridentinum, contra Religiosos exemptos, non obstantibus suis priuilegijs, procedere possint.
12. Exemptus a Papæ potestate, ne ab eo interdicti possit, ne in singulari, ne in communi, aliquis esse non potest, & quare.
13. Interdicere quilibet potest personas sibi subditas, quia in eas iurisdictionem spiritualem fori exterioris habet.
14. Papa quilibet loca, & quicunque personas totius orbis Christiani interdicere potest.
15. Legatus, & Nuncio Apostolicus quæ loca, & personæ interdicere queat.
16. Delegatus Papæ, aut alterius quosnam interdicere potest.
17. Subdelegatus tantum aliquando potest, quantum delegatus.
18. Episcopus electus, & confirmatus, quamvis non consensus, loca, & personas suæ Diæcesis interdicere potest.
19. Episcopus an Clericos, & Ecclesiam sine consensu capituli interdicere potest.
20. Episcopus iurisdictionalia contra Capitulum ex confutacione prescribere potest.
21. Prelati inferiores Episcopis iurisdictionem ordinatio fori exterioris habentes sibi subditos interdicere possunt.
22. Generalis Religionis, & superiores Monasteriorum subditos interdicere possunt.
23. Capitulum an., & quibus in casibus interdictum datur possit.
24. Concilium Generale, vel Provinciale interdicti sententia validè ferre potest.
25. Canonici quinam, & quibus in casibus interdictum ferre possint.
26. Femina, quamvis Abbatissa, vel Priorissa sit, Ecclesiam, aut Clericos Monasterio subditos, interdicere nequit, & quare.
27. Iurisdictionis spiritualis de facto, & de iure communicalemente ordinem supponit.

Communis est DD. sententia, quod quicunque excommunicare potest, etiam suspendere & interdicere potest, & è coœveto; Et similiter qui excommunicati potest, etiam suspendi, & interdicti poterit, & è coœveto, hac causa sub censura Ecclesiastica contingunt in ca. Querenda de verbis significativis Astenis par. 2. lib. 7. tit. 1. 6. 7. ante finem. Angelica, verbo interdictum 3. in principio Sylvest. verbo, interdictum 3. num. 3. Tabiena, verbo interdictum 2. num. 3. Secundo. Nau. in Man. c. 17. a. 10. Vgol. de censur. Eccl. Tab. 5. c. 1. Henriquez lib. 13. de censur. & interd. c. 50. §. 1. & Sebast. Medicis, par. 2. Summaria 9. q. 7. Toletus lib. ... instruct. Sacer. c. 9. qui omnes doceos, qui excommunicare, aut excommunicari possint, etiam interdicere, & interdicti possunt.

Quoad subiectum vero se personam, quia interdictus adterendum ante omnia est, aliquid passiuè interdicti posse duobus modis; vno modo, vt interdicti sit folium priuati officij Diuinis, & alijs prohibitis in interdicto, & hoc modo late accepto interdicti vocabulo, non folii homines, sed etiam res inanimate, vt sunt loca, interdicti possunt, id est, officij Diuinis priuari possunt; Alio modo vt interdicti, sit passiuè officij ipsa censura interdicti, & obligati ad eam sententiam seruandam, & ad pepam singularitatis, si non obstante interdicto, Diuina celebentur, & hoc modo folia personæ capaces sunt interdicti passiuè, & hoc etiam duobus modis vno modo in seipso, vñ in interdicto personali contingit, & sic quoconque videtur secum suum interdictum, & vbi conque celebratur,